









1778.

1. Biichnerus, Francus: De illis, qui cambialiter se obligare possunt.
2. Feuerbach, Francus Anselmus: An et quatenus privilegia miserabilium personarum pauperibus denegari possint?
3. Gombel, Henricus Tacitus: Senectutis praecepta de austruicis praesertim de causis, in quibus illis ~~locus~~ locus est.
4. Hoepfner, Ludw. Fridericus, Ord. Iur. ... ex de. canus: sollemnia inauguralia ... Helveti Bernhardi Fäup iudicis, de lege Laetoria et cura minorum quaedam praefatus
5. Lamprecht, Paulus Jacub: Meritatis et arb. J. tit. 2. lib. II statutorum Lubecensium.
6. Starck, Georgius Christophorus: De summa appellabili in referendo et summa imperii tribunalis.

provocationibus rite aestimanda

1779.

1. Albrecht, Petrus Fredericus: De mercedis retribuit
ab sterilitatem aestimanda.
2. Frech, Joannes Sebastianus: Utrum forensis de
bonis suis collectas magistratus domicilii
pendere obligetur?
3. Hoepfner, Ludwig Julius Friedrich: Warum sind die
Menschenpflichten entweder vollkommen oder unvoll-
kommen? und welche Pflichten gehören zu der
ersten, welche zu der letzten Gattung?
4. Koch, Dr. Christoph: Programm de sacris reli-
giosis internis et externis, quo solemnia in au-
gustia . . . Caspar Sebald Groning . . . indicit

1780.

1. Gelert, Christianus Hartmannus Samuel, Ord. jur. Decanus:
Davidis Reichard, Henrici Ehrenfried Klotz, nec non
Francis Georgii Grambs. . . sollemnia inaug. in dica-
torum S. R. I. civitatis Francofurtensae privilegium:
De filiabus neptibusque libere naptum collocandis
veteris aevi monumentis illustrat
2. Gelert, Christianus Hartmannus, Ord. jur. Decanus:
Andree Josephi Schmandert et Francis Friderici Pregel
. . . sollemnia inauguralia in dicit, de iudiciorum
equestrium habita atque ratione erga austriacos
et supremi imperii Tribunalia pauca praefa-
tus.
3. Grambs, Francus Georgius: De habita liberos nunt
S. R. I. civitatis imprimis literae S. R. I. reipabli-
cae Annon. Francofurtensis erga imperii Tribunalia

4. Klätzers, Heinrich Theophrastus: Utrum ex reddi-
tione unius ex pluribus chirographis super uno
eodemque debito confectis obligationem esse remissam
colligi possit?
5. Kütz, Dr. Christoph: De praescriptione restitutionis
in integrum
6. Pregel, Joannes Fredericus: De testamento rupto
ad reformat. Francaf. p. IV. lit. 7
7. Semantert, Andreas Trophus: De qualitate consilialis
placiti regii in imperio Romano-Germanico
ad votum consilii imp. Galici.

14

1778, 5

2

5/

MEDITATIO
 AD ARTICVLVM IX.
 TITVLI II. LIBRI II.
 STATVTORVM LVBECENSIVM,

P. 277


QVAM
 ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
 AVCTORITATE
 IN ACADEMIA GIESSENSI

PRO
 SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
 AC PRIVILEGIIS LEGITIME IMPETRANDIS
 PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT

PAVLVS DANIEL LAMPRECHT,
 LVBECENSIS.

DIE XVII. IVNII MDCCLXXVIII.



G I E S S A E

apud IO. IACOB. BRAVN. Acad. typogr.



3

AD ARTHURVM IX
THOMAS

IN ADVENTU

IN ADVENTU

IN ADVENTU

IN ADVENTU

IN ADVENTU

IN ADVENTU

IN ADVENTU

IN ADVENTU



VIRO
PRAENOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DIETERICO GODOFREDO
LAMPRECHT,

I. V. D.

IVRIVMQVE PRACTICO LVBECENSI,

P A T R I

SVO HONORATISSIMO,

M E D I T A T I O N E M H A N C

IN SIGNVM

PIETATIS SVMMAEQVE REVERENTIAE

OFFERT

FILIVS OBEDIENTISSIMVS

PAVLVS DANIEL LAMPRECHT.



VHIO

DIETRICO GODOFRIDO

LAMBERTI

L. V. B.

P. A. T. R. I.

M. D. I. T. T. A. T. I. O. N. I. S.

T. T. T. A. T. I. S. S. Y. M. M. A. T. I. S.

H. A. N. S. E. L. I. S.





§. I.

Ius Lubecense ob summam, qua nicitur, aequitatem, summum acquisivisse applausum, ex ipsius receptione in Holfatia, Megapoli, Pomerania, aliisque regionibus satis superque constat.

Vid. Bibliotheca Iuris Lubecensis Cap. 2. D. SIBRANDVS in tract. de iure publ. ciuit. lubec. sect. 10.

§. II.

Reperiuntur tamen, aequitatem illius summo opere in dubium vocantes, illudque potius vituperantes, immo cauillis & conuitiis onerantes, nominantes

A

tes

tes illud: Eine Gauckel, Tasche, einen Roll- Wagen,
den man schieben könnte, wie man wollte.

Vid. MEVII comment. in ius lubec. quaest. I. praelim.
p. 49.

§. III.

Multi autem adsunt, summis laudibus illud ex-
tollentes, strenueque defendentes.

Vid. ERN. IOACH. WESTPHALEN Diss. de origine & fon-
tibus iuris lubecensis, eiusque usu, auctoritate, elogio
& subsidiis.

CHRIST. NETTELBLADT Diss. qua novam de fontibus
iuris lubecensis coniecturam exhibet. Prooemium agit
de antiquitate, celebritate, auctoritate, aequitate & pru-
dentia legislatoria iuris lubecensis.

WOLFG. AD. SCHOEPE. Diss. de fati iuris germ. &
speciatim lubecensis, origine, auctoritate, mutationibus,
emendationibus, fontibus, aequitate & commentatori-
bus.

G. CHRIST. GOETZE Diss. de aequitate iuris lubecensis.

§. IV.

Negari interim non potest, nonnullos omnino
in Statutis Lubecensibus reperiri articulos, magnam
iniqui-

iniquitatis speciem prae se ferentes, inter quos etiam numerari solet Articulus 9. Tituli 2. Libri 2, verbotenus ita sonans :

uneheliche Kinder nehmen kein Erbe, aber derselben verlassenen Guth erben ihre nehesten Blutfreunde, die dazu gehören.

§. V.

Eadem haec dispositio legitur etiam in antiquis iuris lubecensis codicibus.

Vid. Appendix selectarum observationum forensium HENR. BROKES. Tres illa continet codices, in quorum priori Art. 27. van unechten Kinderen unde even erven, ita disponitur :

de van einer ammyghen is gheboren, de ene nimpe nene erve, sunder sin erve nemen sine negesten maghen, de darcho horen.

Vox ammyghen denotat eine Jungfrau, Welschläferin. Vid. Sächsisch. Land-Recht Lib. 3. Art. 46. Maghen vero significat einen Verwandten. Vnde Sweerd = Magen, Anewandte von väterlicher Seite; Spill = Magen, Anewandte von mütterlicher Seite; item Maagschap, Verwandtschaft. Quapropter etiam adhuc electus Senator Bremensis iurare debet: se velle iudicare nig na
Freunde

Grundschnp, nig na Maagschnp. Vid. Bremisch = Nies
dersächsisches Wörter = Buch, 3ter Theil, pag. 109.

Alterius codicis art. 49. est eiusdem tenoris :

de van ener Ammynge gebaren is, de en nimbt nen
Erve, men sin Erve nemen de negeften Erven, de
dartho horen.

Quocum etiam conuenit tertii codicis art. 54. hisce ver-
bis:

Be de van einer Ammegen gebaren is, de nimbe
nen Erve, men sine Erve nemen, de de negeften
Erven, de dartho horen.

§. VI.

Celeberrimi iuris lubecensis interpretes hunc
articulum ita interpretantur, vt liberi illegitimi ne
quidem matri ab intestato succedere debeant, mater
vero liberis illegitimis succedat.

Vid. MEVII commentarius in ius lubecense ad hunc artic.

Steins Abhandlung des Lübschen Rechts, 2ter Theil,
pag. 411. & seq.

§. VII.

In hac vero interpretatione articulus allegatus
iniquitatis notam, mea quidem sententia, effugere
non potest. Quid enim iniquius, quam filium in-
nocen-

nocentem excludere a successione materna? De liberis quidem illegitimis hic tantum sermo; mater vero est manetque mater, filiusque filius, sit ille legitimus vel illegitimus.

§. VIII.

Quid etiam magis ab aequitate & recta ratione aberrare potest, quam innocentem puniri pro nocente? Quid enim filio illegitimo imputari potest, quod sit illegitimus? Quid eo peccauit, vel peccare potuit? Dicis forsan, matrem tamen peccasse, & ideo matrem puniri in filio. Sed hoc semper idem. Nec enim aequitas nec recta ratio consentire potest, nocentem puniri in innocente. Et quomodo etiam nocens potest puniri in innocente sine poena innocentis?

§. IX.

Et quod magis adhuc est; nonne innocens filius tali modo punitur principaliter, & reuera magis, quam mater ipsa? Mater enim ipsa, quae tamen deliquit, nulla successione nec parentum nec aliorum priuari debet. Res fere non aliter se habet, ac si mater furata esset, filius vero innocens suspenderetur in furca, quo mater spectatrix infortunio

B

tunio

tunio filii puniretur. Quam infelix tali modo esset talis filius, & quidem sine omni culpa sua? Forfan autem quis dicet: filius illegitimus proprie non punitur, non punitur etiam pro matre, mater etiam non punitur in filio, sed poena matris per accidens tantum cadit in filium. Si mater itaque furtum fecisset, filio vero innocenti gula frangeretur laqueo, quo mater spectatrix suspensio filii puniretur, filius proprie non puniretur, non puniretur pro matre, mater etiam non puniretur in filio, sed poena matris per accidens tantum caderet in filium, filius per accidens tantum patibularetur. Bene, iterumque bene!

§. X.

Et ipsa etiam natura huic interpretationi sese opponere videtur. Quod enim vinculum arctius, quam quod natura inter matrem nexit liberosque? Ipsae ferae omnia dant foetibus suis, quae dare possunt, & sua contra quemcunque alium defendunt pro suis, & nos liberos innocentes priuaremus successione materna, quasi non essent liberi?

§. XI.

Nimis itaque durum mihi videtur, liberos, ex
nulla

nulla alia ratione, quam quia sunt illegitimi, excludere a successione materna. Sind wir Kinder, so sind wir auch Erben: hoc aequius & rectae rationi & ipsi naturae conuenientius existimo.

§. XII.

Practerea & magnam sane iniquitatem inuoluit, liberos illegitimos non debere succedere matri, matrem vero illis, cum tamen iura successoria debeant esse mutua & reciproca.

§. XIII.

Ratio interim tam durae huius articuli interpretationis ab interpretibus allegatur haec, vt castitas conferuetur, & dedecus familiarum auertatur. Bene. Sed poena afficienda ipsa persona, quae castitatem laesit. Poenam pati oportet matrem in ipsa sua persona, non vero in innocente partu, qui nihil deliquit. Punienda sola mater, non partus, quia non partus, sed sola mater crimen commisit, & tamen mater succedere debet liberis illegitimis, illegitimi vero liberi illi succedere non debent. Quam singularis haec interpretatio, cum matri adeo, secundum hanc interpretationem, ex delicto lucrum eueniret.

B 2

§. XIV.

§. XIV.

Et nonne dantur alia & longe meliora remedia, aliaeque poenae ad conseruandam castitatem & dedecus familiarum auertendum, quam remedium, quod aequitati & rectae rationi & ipsi naturae tan-
topere repugnat? Periculosissimum potius hoc remedium ad dedecus familiarum declinandum. Maius enim adhuc familiae dehonestamentum ex tali poena metuendum. Nonne mater, amore, & dolore & moerore adducta, filium suum illegitimum tanquam infelicem creaturam e medio tolleret? & nonne sum-
mopere verendum, ne, nimiam seueritatem in tale carnis delictum exercendo, grauioribus carnis criminibus ansa praebetur?

§. XV.

Praeterea & ipse MEVIVS ad verba huius articuli, *uneheliche Kinder nehmen kein Erbe*, scribit:

id valde singulare est, atque, si verba sequimur, iuris communis correctorium,

Scribit porro ad verba huius articuli; *derselben ver-
lassen Guth aber erben ihre nehesten Blut-Freunde, die
dazu gehören:*

&

& hoc fingulare est, vt illegitimis succedant, quibus ipsi succedere non debuerunt. Quia tamen ita scriptum, seruandum est.

§. XVI.

Ex quo satis apparet, & ipsum MEVIUM putasse, hunc articulum omnino ab initio vsque ad finem magna laborare iniquitate.

§. XVII.

Sed salua res est. Iniquitas enim haec articulo non inhaeret, sed interpretationi.

§. XVIII.

Mea enim ex sententia ius Lubecense intuitu successione matris & liberorum illegitimorum mutuae a iure communi diuortium non facit, sed tantum ratione cognatorum matris ab institutis iuris romani abit, & quidem sic, vt cognati matris succedant illegitimis, illegitimi vero illis succedere non debeant.

§. XIX.

Interpres autem dicunt: verba articuli, *uneheliche Kinder nehmen kein Erbe*, esse generalia, ideoque etiam generaliter, & per consequens ita intelligenda,

vt liberi illegitimi non solum nemini cognatorum matris, sed ne quidem ipsi matri ab intestato succedere debeant.

§. XX.

Et verum omnino est, verba articuli, uneheliche Kinder nehmen kein Erbe, esse generalia, ideoque etiam generaliter intelligenda.

§. XXI.

Articulus autem generaliter tantum loquitur von den nehesten Blutfreunden, die zur Erbschaft des nachgelassenen Guths der unehelichen Kinder gehören, ideoque etiam de his tantum generaliter intelligendus, & quidem sic, vt liberi illegitimi illis succedere non debeant, illi vero liberis illegitimis omnino succedant. Ex verbis enim articuli: aber derselben verlassenen Guth erben ihre nehesten Blutfreunde, die dazu gehören, verba antecedencia: uneheliche Kinder nehmen kein Erbe, sunt interpretanda. Et idem hoc etiam punctatio articuli demonstrat. Post verba enim, uneheliche Kinder nehmen kein Erbe, punctum non positum est, sed tantum comma. Sensus itaque hicondum plane exhaustus, sed potius ex verbis sequen-

quētibz plene hauriendus est. Et idem hoc etiam
coniunctio aber significat. Et vnum & alterum etiam
in codicibus reperitur. Verba itaque articuli fina-
lia: aber derselben verlassen Guth erben ihre nehesten
Blutfreunde, die dazu gehören, illustrant verba priora:
uneheliche Kinder nehmen kein Erbe.

§. XXII.

Quaeritur nunc, quinam ergo sunt die nehesten
Blutfreunde, die zur Erbschaft des nachgelassenen Guths
der unehelichen Kinder gehören? & respondendum sine
dubio, cognati matris, pater enim incertus, ideoque
etiam ex eius linea coniuncti incerti sunt. A cogna-
tis autem matris mater ipsa omnino distinguenda.
Stirps enim sub frondibus non comprehenditur. Et
sic articulus de cognatis matris tantum agit, de ma-
tre ipsa autem in toto hoc articulo nihil disponitur.
Sunt etiam verba huius articuli: die dazu gehören,
notatu dignissima. Haec enim verba, vt mihi qui-
dem viderur, cognatos matris digito quasi monstrant.
Cui bono alias haec verba? Alias enim plane essent
superflua, id quod minime praesumendum.

§. XXIII.

§. XXIII.

Praeterea etiam in aliis articulis iuris Lubecensis parentes non comprehenduntur sub voce Blutsfreunde, sed potius expressis verbis nominantur, & separantur von den Freunden und Blutsfreunden.

Vid. art. 6. tit. 10. lib. 1., qui ita se exprimit: Erbgut aber wird geheissen allerhand Gut, welches einem Menschen anfallen mag von seinen Eltern, oder Blutsfreunden, in aufsteigender, niedersteigender und Seit-Linien. Verba huius articuli: Eltern, oder Blutsfreunde, etiam per comma distinguuntur. Parentes itaque in hoc articulo expresse nominantur, & ab agnatis & cognatis separantur, cum tamen id in hoc articulo ne quidem necessarium fuisset, & si etiam factum non fuisset, dubium exinde oriri non potuisset.

Vid. art. 1. tit. 7. lib. 4. von Nothzucht, vbi haec repertiuntur verba: im Fall aber, daß er ein Ehemann wäre, oder die Person nicht ehelichen, oder aber auch, daß ihre Eltern und Freunde sie ihm nicht geben wolten, &c.

Vid. art. 2. eiusdem tit. & lib., qui haec continet verba: die entführere Person aber hat sich in beiden Fällen dadurch ihrer Erbschaft, von Eltern und Freunden unfähig gemacht

gestacht. Et hic articulus inprimis notatu dignus, quia de eadem agit materia, de qua nobis sermo, de personis nempe, qui arcentur a successione. Parentes in illo expressis verbis allegantur, & ab agnatis & cognatis distinguuntur.

§. XXIV.

Concludo itaque: si conditores iuris lubecensis voluissent, in nostro articulo tam singularem & tam duram dispositionem contineri, vt liberi illegitimi ne quidem matri succedere deberent, hoc sine dubio non obscure, sed potius expressis verbis disposuissent, & matrem clare nominassent. Hic enim necessarium fuisset, vt clare loqui debuissent.

§. XXV.

Et cur denique ex hoc articulo saltem obscuro per interpretationem nostram durissimum extorquere volumus sensum, & quidem talem sensum, qui cum omni militat aequitate? cur sine omni necessitate aequitati iuris lubecensis maculam adspargere volumus? cur non praeferemus mitiorem sententiam? Et nonne ratio aequitatis postulat, vt dispositio tam odiosa restringatur potius, quam extendatur?

C

§. XXVI.

§. XXVI.

Mirandum quoque, cur MEVIO haec interpretatio non placuerit, cum ipse scribit in commentario suo ad hunc articulum: sine expresso statuto non debere remoueri a successione, quibus ea alias ex iure communi debetur, huiusque iuris correctionem sine necessitate non inducendam. Quodnam vero statutum expressum hic adest, quod liberos illegitimos remoueat a successione materna, cum haec illis iure communi competit? & quanam hic adest necessitas, correctionem iuris communis quoad hanc successionem inducendi? Quod enim lex non continet, e lege eruere non debemus.

§. XXVII.

Praxis nec pro me nec contra me. Vir enim praenobilissimus atque doctissimus G. Soltau, I. V. L. atque iudicii inferioris lubecensis Actuarius meritis patrem meum fecit certiozem, se quidem rogatu ipsius omnem nauasse operam, (ob quam maximas ei ago gratias,) suppeditandi mihi iudicata hunc articulum concernentia, ex quibus constaret, liberos illegitimos a successione matris vel esse
 ex.

exclusos vel non, in libris vero iudicialibus nulla hac de materia reperiri iudicata. Id quod etiam mirum non est. Talis enim casus plerumque in personis infimae tantum conditionis, bona non possidentibus, accidere solet. Si vero accidit in aliis, omni modo occultatur, & mater ipsa illegitimis quam saepissime ignota manet; si autem occultari non potest, illegitimi partim inopia, partim consilio eorum, quorum utuntur consiliis, existimantium, articulum allegatum esse tam clarum, ut litem non admittat, ius suum persequi prohibentur; & si denique lis mouetur, tales lites plerumque per amicabilem compositionem finiuntur.

§. XXVIII.

Ne autem in crimen haereseos incidam, vel solus contra celeberrimos iuris lubecensis interpretes temerarie arma quasi gerere videar, prouoco ad N. G. STEVRNAGELII memorabilia Statutorum Lubecensium & Hamburgensium, axiom. 27. pag. 51., ubi ita se explicat:

ob zwar auf eben solche weise die natürlichen Kinder ihr Guth auf ihre Verwandten vererben, so
 C 2 für

*Können sie doch niemanden ab intestato succedirem,
matris hereditate excepta.*

Prouoco etiam ad responsum Facultatis Iuridicae
Rostochiensis, quae anno 1626, secundum ius lube-
cense, pronunciauit pro spurio.

Vid. MANTZELII Ius Mecklenb. & Lubec. illustr. Cent. 3.
pag. 178.

§. XXIX.

Haec sunt, quae ad articulum 9. tit. 2. lib. 2. me-
ditatus sum. Si quid scripserim, quod lector bene-
uolus applausu suo honorare indignum non iudicat,
tam gratum mihi erit, quam quod gratissimum. Si
vero errauerim, humanum est; erroris autem con-
uictus, illum quam lubentissime & agnoscam
& emendabo.



TA-OL

30. 1+13

ULB Halle 3
004 803 671



VD
18





1778, 5

2

5/

14


MEDITATIO
 AD ARTICVLVM IX.
 TITVLI II. LIBRI II.
 STATVTORVM LVBECENSIVM,

QVAM
 ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS
 AVCTORITATE
 IN ACADEMIA GIESSENSI

PRO
 SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS
 AC PRIVILEGIIS LEGITIME IMPETRANDIS
 PVBLICO ERVDITORVM EXAMINI

SVBMITTIT
 PAVLVS DANIEL LAMPRECHT,
 LVBECENSIS.

DIE XVII. IVNII MDCCLXXXIII.



GIESSAE
 apud IO. IACOB. BRAVN. Acad. typogr.

